dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus fatalys Iuris, proterone Terrae bello, Conventioneq, ac alys oibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa acta mediante.

Feria Quinta ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli

21/VIII proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Marchocki Conti sue Aduitalitatem inscribit.

376

Ex Copia

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosq Franciscus Marchocki, olim Gnosi Lucae Marchocki cum Gnosa Zophia de Stronia Stronska procreatus Filius, Sanus mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Personibus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosa Catherinae Trochowicka, cum olim Gnosa Hedwigi Tarnowska procreatae Filiae, primi thori Gnosi olim Alexandri

Zurowski, Secundi vero Voti Consorti sui Recognentis
Legitimae, in Summa Octo Millium florenorum polonorum
sibi Recognenti vigore Divisionis bonorum Pater
norum et Maternorum, inter alios Fratres suos ger
manos ex Summa principali Sexaginta Millium
florenorum polonorum Legitime provenientium, in bonis autem Villae
Wola Zarczycka Regalibus, in Terra Premisliensi
et districtu Lezaysiensi iacentium et consistentium herenti;
tum in Rebus mobilibus et immobilibus, Vestibus Ve-
stimentis, pecoribus, pecudibus, tum auro, argento,
clenodiis, Stanno, aere, cupro, orichalco, Equis, Equiriis,
totaque Suppellectili domestica in quacunque forma et
materia exsistenti, nunc habita et imposterum habenda, Ad-
uitalitatem et Usumfructum praemissorum omnium a dic
ta vitalem ad extrema duntaxat Vitae ipsius tempora
tantummodo et non Vltra inscripsit, concessit, et assecu
ravit, prout praesentibus inscribit, concedit et assecurat. Quae
praemissa omnia Supra Generosa Consors sua, cum omni
Iure, dominio, proprietate, Competentiaque et praerogativa
quavis tenebit, habebit et possidebit, illisque quiete
et pacifice Vtifruetur, ad extrema Vitae suae tempora
tantummodo et non Vltra: Post mortem vero et de hac
luce decessum praedictae Consortis suae, extunc bona supra
omnia Iuri Advitalitio eiusdem Consortis suae subiecta,
ad se Recognentem, suosque Successores, sine quovis impe
dimento et contradictione Successorum praefatae Consortis
suae totaliter et plenarie redire et devolui debebunt. Hac
sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante